



Nos Frat<sup>r</sup> Michael Larnage Humilis Prior Maioris Cartusie, ac totius Ordinis  
Cartusienſis Miniſter Geñlis, ceterique Deſſinitores Capituli Geñlis Prædilectis  
Nobis in Xpo Rev.<sup>d</sup> D.<sup>o</sup> Iosepho Angelo, & Ill.<sup>ms</sup> D.<sup>o</sup> Francisco, nec non D.<sup>a</sup> Annæ  
et D.<sup>a</sup> Tereſiæ de Cauedis Salutem in Domino Ieſu ſempiternam.

Optimam animi uoluntatem, qua Fratrem ueſtrum nobis alacriter deuotiſtis in Filium licet  
magnum à Deo fructum percepturam iudicemus: qua tamen ratione poſſumus, & ſolemus ſingu-  
lari Ordinis noſtri beneficio, remetiri uolumus. Idcirco pro deuoto in nos affectu ueſtro, quem  
referente V. P. D. Carolo Maria Corbellino <sup>Cart<sup>a</sup> Papie</sup> Priore, et Conuiſſatore cognouimus ex Religionis  
noſtræ theſauro ſpirituale munus depromentes omnium bonorum operum, quæ per Fratres,  
et Sorores totius Ordinis noſtri ſunt uobis in uita pariter, et poſt mortem plenam conce-  
dimus participationem, decernentes inſuper tenore præſentium, ut cum obitus ueſter, quem Deus  
foelicem uobis præſtare dignetur, Caplo nro innotuerit, pro animarum ueſtrum ſuffragio Miſſæ,  
et aliæ preces iniungantur. Hortamur autem uos in Dño, ut curſum uitæ ueſtræ mortalis in  
diuinæ pietatis exercitijs traducere ſtudeatis ut fructum præſentium percipere ualeatis ∞  
In quorum fidem ſigillum noſtrum apponi iuſſimus.

Datum in Maiori Cartuſia ſedente Capitulo Generali die 19 Maij 1737

*D. Archy Ma qui ſupra*




caudo.

XIX, 306

1737

Papier

 Morbio 27 (139)

4/1737. 19. Mar.  
Grundbesitz der  
Königlichen Hofbibliothek

